



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

S. Odilo Abbas. Cura defunctorum

[Köln], [1654]

S. Simon Puer M. Innocentia morum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71907](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71907)



S. SIMON PUER M.

Innocentia morum.

Deus, cujus Passionem innocens SIMON, non loquendo, sed moriendo confessus est; da ut fidem tuam quam lingua nostra verbis loquitur, etiam vita moribus inculpatis fateatur.

Ora pro infantibus Christianis,

✠

Anno 1475 Judæis Tridenti decretum fuerat, ea hebdomade ac die, qua Christi passionem recolimus, puerorum Christianorum aliquem interficere. Quæsitus ergo unus est, & inventus temere in platea discurrens necdum trimulus SIMON, pauperum civium filius, an. 1472, 26 Novembris natus. Hunc ubi in domo cuiusdam Samuelis exceperunt impii; nudatum, & forficibus laniare & acubus fodicare non destiterunt, donec per horam & amplius discruciatu expiravit. Postera die & sabbato suo, spectandum corpus exposuerunt in synagoga, sanguinem sacrilego ritu libantes; deinde abjecerunt in subtus fluentem rivulum, quasi eo ab aquis delatum; & ad crates hæere, indicaverunt quærenti puerum Magistratui. Sed vulnera toti inflicta corpori adhuc plane imputri, & sanguis ad Judæorum præsentiam velut è vivo profluens, detexit scelus: quod per tormenta confessi rei, atroci luerunt supplicio. SIMONI in loco cædis sacellum erigitur; pro quo deinde propter crebra miracula surrexit insignis ecclesia; in qua hodie dum adoratur.

Nisi efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum celorum. Matth. 13.